

affirmat, ostendit quoq; nobis in nostram consolationem, Christum, qui opera Diaboli destruere & vult & potest. Quapropter ut hoc Evangelium in nostram utilitatem transferre possimus, considerabimus.

I. *Ejectionem Diaboli à Christo factam.*

II. *Ejectionis effectum.*

III. *Christi apologiam.*

### D E I. L O C O.

Homo obsessus, qui à Diabolo reddebatur mutus, teste hoc Evangelio, & cæcus juxta Matthæum, liberatur à Christo. Christus enim ejicit Dæmonium, illo autem ejecto loquitur mutus. cap: 12.

### V S V S.

1. Videmus Diabolum permissu Dei homines etiam corporaliter posse obsidere. Caveamus itaq; nobis à securitate.

2. Corporalis obsessio est tantum pæna corporalis, nec dubitandum de æternâ talium obsessorum salute. Si enim ejusmodi obsessi addicti essent pænæ infernali, Deus nunquam eos liberasset. Sæpissimè autem Diabolos Christus ejecisse, legitur, utpote *Matth: 8.* ut & in hodierno Evangelio. Lucæ 4.

### 3. Exem-